FK 64,13 d
Zd 2899
X 2054081

ASTRÆAM
avocatam
IN EXEQVIIS
Viri Magnif. Nob. Ampl. Conſultiſſimiq;
DN.
CHRISTOPHORI PINCKERI, D.
Seren. Elect. Sax. à Conſiliis Appellat. Conſulis & Scab. Senioris, Templiqve & Scholæ Ad D. Nic. Antiſtitis graviſſimi,
Scholæ Nicolaitanæ nomine
luget
M. JOH. GOTHOFREDUS Herrichen/
Rector.

LIPSIÆ,
Literis HAHNIANIS.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-90915-p0001-0

DEſine Nicoleum tua Dramata læta Lyceum,
Qvæ feſtis ſolito more diebus agis.
Non ea conveniunt noſtro joca-ſeria Ludo,
Non toga, non vario picta colore chlamys.
Altera ſunt hodiè noſtro magis apta Lyceo,
Qvæ nigra, qvæ præ ſe triſtia ſigna ferant.
Si volet, utatur molli levis Hiſtrio ſocco:
Te mage qvi deceat, Lude, cothurnus erit.
Indue nunc ergo tragicum cum Pube cothurnum,
Qvi Pubem docili voce manuqve regis.
Audin' ut geminas triſtis vox verberet aures,
Dum ſacer hos nuper diſſerit umbo ſonos:
Supplicibus mandate DEO, pia Concio, votis
Inſignem meritis conſilioqve Virum.
Obſtupui. Arrectis ſtabat Plebs auribus. Unus
In totâ, Qvis is eſt? æde ſuſurrus erat.
Jamqve patet caſus, dum funere merſit acerbo
Conſiliisqve gravem Mors meritisqve Virum.
Cernin' ut ante fores ſtet Conſulis impia taxus,
Lambat & ut poſtes de ſtyge nata filix?
Lipſis ut atrato veletur Curia panno?
Ut pullo exeqvias ſyrmate Civis eat?

Ju-

Juſtitiū eſt. Veneranda Themis,
Cumqve Scabinatu publica
Vox tamen auditur paſſim, ſed
Flebilius ſolito turris & æra
Dumqve trahunt teſtudineis l
Funera qvadrijugi collacry
Sic & Achilleos qvondam flev
Mæonides, ſtragem cum da
Qvando Patrocleos deflent an
An lacrymis homines abſti
Ergo ſub hoc qverulum cohib
Marmaricâ poteris durior
Lipſica communi turbantur n
Et, qvæ non doleat, nulla p
Ordine qvi præeunt mœſti n
Nec niſi ſingultim, nec niſi
Filioli Natæqve piâ ſua lumina
Qvæ fluit ex oculis flumini
Uxor ob amiſſum ſua pectora
Tundit, & Hic Socerum lu
O Pater! O Senior! Noſter P
Haud ſecus ingeminat, qvà
Ipſe Pater Patriæ Patris flet fu
Dreſdea PINCKERUM
Qvando ſuas Albis lacrymas
Qvando Virum major pla
Te qvoqve Nicolei, Pubes g
Mœſtitiam ut mentis teſti

Debita i
Scrib
Aurea let
Conſu
Qvondam
Curia
Sit bene i
Sanct
Qvæ mi
Præſt
Ipſe ſecu
Et tu
Munific
Aure
Sed ſem
Aud
O ſi Te
Vinc
Pindaru
Evo
Aſt neq
Mar
His nec
Evo
Sed Tri
Sider
O ter f
Cum

De-

Juſtitiū eſt. Veneranda Themis, ſanctumq; Tribunal
Cumqve Scabinatu publica Roſtra ſilent.
Vox tamen auditur paſſim, ſed ſcævior, eheu!
Flebilius ſolito turris & æra ſonant.
Dumqve trahunt teſtudineis lugubria thenſis
Funera qvadrijugi collacrymantur eqvi.
Sic & Achilleos qvondam fleviſſe caballos
Mæonides, ſtragem cum daret Hector, ait.
Qvando Patrocleos deflent animantia caſus,
An lacrymis homines abſtinuiſſe putas?
Ergo ſub hoc qverulum cohibes ſi funere planctū,
Marmaricâ poteris durior eſſe ferâ.
Lipſica communi turbantur mœnia luctu,
Et, qvæ non doleat, nulla platea datur.
Ordine qvi præeunt mœſti modulantur Alumni
Nec niſi ſingultim, nec niſi triſte melos.
Filioli Natæqve piâ ſua lumina fœdant,
Qvæ fluit ex oculis fluminis inſtar, aqvâ.
Uxor ob amiſſum ſua pectora caſta maritum
Tundit, & Hic Socerum luget, & Iſte Gener.
O Pater! O Senior! Noſter Patrone! Senatus
Haud ſecus ingeminat, qvàm ſacer Ordo facit.
Ipſe Pater Patriæ Patris flet funera Saxo,
Dreſdea PINCKERUM ſæpe loqvela ciet.
Qvando ſuas Albis lacrymas jam miſcet Elyſtro,
Qvando Virum major plangit & Ordo minor.
Te qvoqve Nicolei, Pubes generoſa, Lycei
Mœſtitiam ut mentis teſtificere, decet.

De-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-90915-p0004-7

Zd 2899. FK.

Debita in excelſas Epicedia triſtia qvercus,
Scribe adamanteo carmina mœſta ſtylo;
Aurea lethiferæ ruperunt fila Sorores
Conſulis in canos fila trahenda dies.
Qvondam Is ut egregios non vilia munera libros
Curia Diſcipulis mitteret, autor erat.
Sit bene in Elyſiis tanto pro munere campis
Sanctæ animæ, tumuli nec lapis oſſa premat.
Qvæ mihi præſtiteris, noſtri Patrone Lycei,
Præſtiteris toti qvæ benefacta Scholæ,
Ipſe ſecuturos gratus memorabo per annos,
Et tutelarem Te vocitabo DEUM.
Munificè didit Plebis-ſua munera-Victor,
Aurea virginibus nempe metalla tribus.
Sed ſemel. At nobis per Te ſalis æra qvotannis
Aucta jubebuntur, Magne Patrone, dari.
O ſi Te ad firmas poſſem vincire columnas,
Vincta Epheſi qvali torqve Minerva fuit,
Pindarus obſtarem Crœſo, novus Asdrubal hoſti,
Evocet è noſtrâ ne Remus urbe DEUM.
Aſt neqve, qvæ ſummi ter maxima gratia Jovæ eſt,
Mars cubat ad noſtras obſidione fores.
His neqve Scipiades aliqvis Te ſedibus hoſtis
Evocat, ut noſtros deſtruat igne Lares.
Sed Trias eſt, uno qvæ lucida Numine torqvet
Sidera: Sis Sidus! Te vocat una Trias.
O ter felicem, qvem Flaminis avocat ardor,
Cum Triade ut Triados feſta perenne colat!

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-90915-p0005-2

Zd 2899. FK.

n excelſas Epicedia triſtia qvercus,
e adamanteo carmina mœſta ſtylo;
hiferæ ruperunt fila Sorores
lis in canos fila trahenda dies.
n Is ut egregios non vilia munera libros
Diſcipulis mitteret, autor erat.
n Elyſiis tanto pro munere campis
ſæ animæ, tumuli nec lapis oſſa premat.
hi præſtiteris, noſtri Patrone Lycei,
titeris toti qvæ benefacta Scholæ,
ituros gratus memorabo per annos,
telarem Te vocitabo DEUM.
è didit Plebis-ſua munera-Victor,
a virginibus nempe metalla tribus.
el. At nobis per Te ſalis æra qvotannis
ta jubebuntur, Magne Patrone, dari.
ad firmas poſſem vincire columnas,
ta Epheſi qvali torqve Minerva fuit,
s obſtarem Crœſo, novus Asdrubal hoſti,
cet è noſtrâ ne Remus urbe DEUM.
ve, qvæ ſummi ter maxima gratia Jovæ eſt,
s cubat ad noſtras obſidione fores.
qve Scipiades aliqvis Te ſedibus hoſtis
cat, ut noſtros deſtruat igne Lares.
as eſt, uno qvæ lucida Numine torqvet
ra: Sis Sidus! Te vocat una Trias.
elicem, qvem Flaminis avocat ardor,
Triade ut Triados feſta perenne colat!

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-90915-p0006-8

Fk.64,13d
Zd
2899
X 2054081

ASTRÆA

avocatam

IN EXEQ

Viri Magnif. Nob. Ampl.

DN.

CHRISTO

PINCKER

Seren. Elect. Sax. à Conſiliis &

Scab. Senioris, Templi

Ad D.Nic. Antiſtitis g

Scholæ Nicolaitan

luget

M. JOH. GOTHOFRE

Rector.

LIPSIÆ,
Literis HAHNIA

BIBLIOTH
PONICKAVIA